

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

V.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

V.

Aeneas Karthagine profectus nova tempestate ad Acesten refertur. —41  
 inferias patri anno ante mortuo afferens indicit ludos sollemnes, 103  
 qui nono die eduntur in magno Troianorum Siculorumque conventu. 113

Ac primum navigatione Cloanthus varie luctatus superat aemulos, 243  
 sed cum eo Mnestheus Gyas Sergestusque liberaliter donantur. 285  
 deinde cursu pedum certant cum alii homines ignoto nomine  
 tum Nisus Salius Euryalus Helymus Diors Panopes Patron: 326  
 Nisi amici opera Euryalus vincit, ceteris sua dantur munera. 361  
 tum pugilatu cum Darete iussu Acestae contendit Entellus senex, 452  
 qui victo adversario temperans uno ictu taurum immolat. 484  
 denique prodeunt sagittarii: columbam alligatam Hippocoon non ferit,  
 Mnestheus vinculo solvit, Eurytion sublime avolantem deicit, 518  
 quo facto sagitta Acestae temere subiecta ardendo mire evanescit. 544  
 postremo pueri Troiani Troiae, qui vocatur, ludum equestrem ineunt. 603

Interea mulieres Drepani relictæ instinctu Iunonis incendunt naves: 663  
 quattuor amittuntur, reliquæ virorum interventu servantur. 699  
 consilio Nautae iussuque patris per somnium visi Aeneas commotus 745  
 plurimis feminis et, siqui alii volebant, in nova urbe relictis abit. 778  
 Veneris deprecatione flexus Neptunus ei favet summa tranquillitate, 826  
 ut uno Palinuro Somni fraude amisso socios salvos Cumas traducat.

Interea medium Aeneas iam classe tenebat  
 certus iter fluctusque atros aquilone secabat  
 moenia respiciens, quae iam infelicis Elissae  
 conlucent flammis. quae tantum accenderit ignem  
 causa, latet; duri magno sed amore dolores 5  
 polluto notumque, furens quid femina possit,  
 triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.  
 ut pelagus tenere rates nec iam amplius ulla  
 occurrit tellus, maria undique et undique caelum,  
 celi caeruleus supra caput adstitit imber 10  
 noctem hiememque ferens et inhorruit unda tenebris.  
 ipse gubernator puppi Palinurus ab alta:

'heu! quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?  
 quidve, pater Neptune, paras?' sic deinde locutus  
 colligere arma iubet validisque incumbere remis  
 obliquatque sinus in ventum ac talia fatur: 15  
 'magnanime Aenea, non, si mihi Iuppiter auctor  
 spondeat, hoc sperem Italiam contingere caelo.  
 mutati transversa fremunt et vespere ab atro  
 consurgunt venti atque in nubem cogitur aër.  
 nec nos obniti contra nec tendere tantum  
 sufficimus. superat quoniam Fortuna, sequamur,  
 quoque vocat, vertamus iter. nec litora longe  
 fida reor fraterna Erycis portusque Sicanos,  
 si modo rite memor servata remetior astra. 20  
 tum pius Aeneas: 'equidem sic poscere ventos  
 iamdudum et frustra cerno te tendere contra. cf. IX, 768, 795  
 flecte viam velis. an sit mihi gratior ulla,  
 quove magis fessas optem demittere navis,  
 quam quae Dardanium tellus mihi servat Acesten  
 et patris Anchisae gremio complectitur ossa?' 30  
 haec ubi dicta, petunt portus et vela secundi  
 intendunt Zephyri; fertur cita gurgite classis  
 et tandem laeti notae advertuntur harenae.

At procul ex celso miratus vertice montis 35  
 adventum sociasque rates occurrit Acestes  
 horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae, VIII, 365 Val. I, 486  
 Troia Criniso conceptum flumine mater  
 quem genuit. veterum non immemor ille parentum  
 gratatur reduces et gaza laetus agresti 40  
 excipit ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat  
 clara dies, socios in coetum litore ab omni  
 advocat Aeneas tumulique ex aggere fatur: 45  
 'Dardanidae magni, genus alto a sanguine divom,  
 annuus exactis completur mensibus orbis,  
 ex quo reliquias divinique ossa parentis  
 condidimus terra maestasque sacravimus aras.  
 iamque dies, nisi fallor, adest, quem semper acerbum,  
 semper honoratum (sic di voluistis) habebo. 50  
 hunc ego Gaetulis agerem si Syrtibus exsul

15 *corripere* prop. Lad. 29 *dimittere* libri praeter *επχ*; Ribb.  
 38 *Crimiso* χ (e Graeco?), cf. Serv. I 550.

Argelicove ma  
 annua vota tan  
 essequerer str  
 nunc ultro ad  
 (hand equid  
 adsumus et po  
 ergo agite et  
 poscamus v  
 urbe velit  
 hina boum vo  
 dat numero o  
 et patrios epu  
 praeterea, si  
 Aurora extule  
 prima citae T  
 quique pedun  
 aut iaculo in  
 seu crudo fio  
 cuncti adsint  
 ore favete o  
 Sic fatu  
 hoc Helynu  
 hoc puer A  
 ille e conc  
 ad tumulum  
 hic duo rit  
 fundit hum  
 purpureosq  
 salve, sanc  
 nequiquam  
 non licuit fi  
 nec tecum  
 dixerat haec  
 septem inge  
 amplexus pl  
 caeruleae cu  
 squamam in

52 est t  
 ena x My  
 Kl. 59 ve  
 manis conti  
 1868, 5.

Argolicove mari deprensus et urbe Mycenae,  
annua vota tamen sollemnisque ordine pompas  
exsequeretur strueremque suis altaria donis.  
nunc ultro ad cineres ipsius et ossa parentis 55  
(haud equidem sine mente reor, sine numine divom)  
adsumus et portus delati intramus amicos.

ergo agite et laetum cuncti celebremus honorem;  
poscamus ventos atque haec me sacra quotannis  
urbe velit posita templis sibi ferre dicatis. 60

bina boum vobis Troia generatus Aestes  
dat numero capita in navis: adhibete penatis  
et patrios epulis et quos colit hospes Aestes.  
praeterea, si nona diem mortalibus alium 65

Aurora extulerit radiisque retexerit orbem,  
prima citae Teucris ponam certamina classis;  
quique pedum cursu valet et qui viribus audax  
aut iaculo incedit melior levibusque sagittis,  
seu crudo fudit pugnam committere caestu,  
cuncti adsint meritaque expectent praemia palmae. 70  
ore favete omnes et cingite tempora ramis.

Sic fatus velat materna tempora myrto.  
hoc Helymus facit, hoc aevi maturus Aestes,  
hoc puer Ascanius, sequitur quos cetera pubes.  
ille e concilio multis cum milibus ibat 75

ad tumulum magna medius comitante caterva.  
hic duo rite mero libans carchesia Baccho  
fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro,  
purpureosque iacit flores ac talia fatur:

salve, sancte parens, iterum salvete, recepti 80  
nequiquam cineres animaeque umbraeque paternae!  
non licuit finis Italos fataliaque arva  
nec tecum Ausonium, quicumque est, quaerere Thybrim.

dixerat haec, adytis cum lubricus anguis ab imis 85  
septem ingens gyros, septena volumina traxit  
amplexus placide tumulum lapsusque per aras,  
caeruleae cui terga notae maculosus et auro  
squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus

52 et] in Bähr. 1887, 822. urbe] arce P<sup>1</sup> Mycenis R My-  
cena & Mycene Serv. cod. pler. versum secl. Gebh., depr. . . Myc.  
Kl. 59 ventos] nutus? veniam G. Waddel, Animadv. crit. 21.  
manis coni. Wagn. votis Peerlk. 86 post 90 transponi vol. Kl.  
1868, 5. 87 auri Kl.

- mille iacit varios adverso sole colores. ~ IV, 700.
- obstupuit visu Aeneas. ille agmine longo 90  
 tandem inter pateras et levia pocula serpens  
 libavitque dapes rursusque innoxius imo  
 successit tumulo et depasta altaria liquit.  
 hoc magis inceptos genitori instaurat honores, 95  
 incertus, geniumne loci famulumne parentis  
 esse putet; caedit binas de more bidentis  
 totque sues, totidem nigrantis terga iuencos;  
 vinaque fundebat pateris animamque vocabat  
 Anchisae magni manisque Acheronte remissos. 100  
 nec non et socii, quae cuique est copia, laeti  
 dona ferunt, onerant aras mactantque iuencos;  
 ordine aëna locant alii fusique per herbam  
 subiciunt veribus prunas et viscera torrent.
- Expectata dies aderat nonamque serena  
 Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant, 105  
 famaue finitimos et clari nomen Acestae  
 excierat; laeto complebant litora coetu  
 visuri Aeneadas, pars et certare parati.  
 munera principio ante oculos circoque locantur  
 in medio, sacri tripodes viridesque coronae 110  
 et palmae pretium victoribus, armaque et ostro  
 perfusae vestes, argenti aurique talentum.  
 et tuba commissos medio canit aggere ludos.
- Prima pares ineunt gravibus certamina remis  
 quattuor ex omni delectae classe carinae. 115  
 velocem Mnestheus agit acri remige Pristim,  
 mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi,  
 ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,  
 urbis opus, triplici pubes quam Dardana versu  
 impellunt (terno consurgunt ordine remi), 120  
 Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,  
 Centauro invehitur magna, Scyllaque Cloanthus  
 caerulea, genus unde tibi, Romane Cluenti.
- Est procul in pelago saxum spumantia contra  
 litora, quod tumidis submersum tunditur olim 125  
 fluctibus, hiberni condunt ubi sidera cori; *N-W*

96 caeditq. binas R, caedit quinas libri cet. praeter M et Serv.  
 pl. IV 200, ubi cod. Flor. habet *vinas*; cf. Rbb. Prol. 274. 97 totque]  
 atque Kl. ZöG. 1881, 593. 107 complebant P<sup>y</sup>b Ribb. 112 talenta  
 FRbcm Serv. Ribb. 120 terno . . remi damn. Ribb.

tranquillo silet  
 campus et apr  
 hic viridem A  
 constituit si  
 scirent et lo  
 tum loca sor  
 ductores long  
 cetera popule  
 undatosque u  
 considunt tra  
 intenti espec  
 corda pavor p  
 inde, ubi cla  
 land mora,  
 nauticus, ad  
 indunt pat  
 convolsum r  
 non tam pr  
 corripere r  
 nec sic imm  
 concussere  
 tum plausu  
 consonat o  
 litora, puls  
 Effugi  
 turbam int  
 consequitur  
 tarda tenet  
 Centaurusq  
 et nunc Pr  
 Centaurus,  
 frontibus e  
 iamque p  
 cum princ  
 rectorem r  
 quo tantu  
 litus ama  
 altum alii  
 saxa timent

tranquillo silet immotaque attollitur unda  
 campus et apricis statio gratissima mergis.  
 hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam  
 constituit signum nautis pater, unde reverti  
 scirent et longos ubi circumflectere cursus. 130  
 tum loca sorte legunt ipsique in puppibus auro  
 ductores longe effulgent ostroque decori;  
 cetera populea velatur fronde iuventus  
 nudatosque umeros oleo perfusa nitescit. 135  
 considunt transtris intentaque brachia remis;  
 intenti exspectant signum exsultantiaque haurit  
 corda pavor pulsans laudumque arrecta cupido.  
 inde, ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,  
 haud mora, prosiluere suis; ferit aethera clamor  
nauticus, adductis spumant freta versa lacertis. 140  
 infundunt pariter sulcos totumque dehiscit  
 convolsum remis rostrisque tridentibus aequor.  
 non tam praecipites biugo certamine campum  
 corripuere ruuntque effusi carcere currus, = g. III, 104. 145  
 nec sic immissis aurigae undantia lora  
 concussere iugis pronique in verbera pendit. of I 580. 145  
 tum plausu fremituque virum studiisque faventum  
 consonat omne nemus vocemque inclusa volutant  
 litora, pulsati colles clamore resultant. 150  
 Effugit ante alios primisque elabitur undis  
 turbam inter fremitumque Gyas; quem deinde Cloanthus  
 consequitur, melior remis, sed pondere pinus  
 tarda tenet. post hos aequo discrimine Pristis  
 Centaurusque locum tendunt superare priorem; 155  
 et nunc Pristis habet, nunc victam praeterit ingens  
Centaurus, nunc una ambae iunctisque feruntur  
 frontibus et longa sulcant vada salsa carina.  
 iamque propinquabant scopulo metamque tenebant,  
 cum princeps medioque Gyas in gurgite victor 160  
 rectorem navis compellat voce Menoeten:  
 quo tantum mihi dexter abis? huc dirige gressum;  
 litus ama et laeva stringat, sine, palmula cautes:  
 altum alii teneant? dixit; sed caeca Menoetes  
 saxa timens proram pelagi detorquet ad undas. 165

139 *funibus* ex con. Ribb. *sedibus* Peerlk. 151 *primusque* c<sup>1</sup>x  
 154 *has* Ribb. 162 *derige* PR Ribb. 163 *laevas* R<sup>2</sup>b<sup>2</sup>c

'quo diversus abis?' iterum 'pete saxa, Menoetel'  
 cum clamore Gyas revocabat; et ecce Cloanthum  
 respicit instantem tergo et propiora tenentem.  
 ille inter navemque Gyae scopulosque sonantis  
 radit iter laevum interior subitoque priorem  
 praerit et metis tenet aequora tuta relictis.  
 tum vero exarsit iuveni dolor ossibus ingens  
 nec lacrimis caruere genae, segnemque Menoeten  
 oblitus decorisque sui sociumque salutis  
 in mare praecipitem puppi deturbat ab alta;  
 ipse gubernaclo rector subit, ipse magister,  
 hortaturque viros clavumque ad litora torquet.  
 at gravis, ut fundo vix tandem redditus imo est,  
 iam senior madidaque fluens in veste Menoetes  
 summa petit scopuli siccaque in rupe resedit.  
 illum et labentem Teuceri et risere natantem  
 et salsos rident revomentem pectore fluctus.

Hic laeta extremis spes est accensa duobus,  
 Sergesto Mnesticque, Gyan superare morantem.  
 Sergestus capit ante locum scopuloque propinquat,  
 nec tota tamen ille prior praeunte carina:

parte prior, partem rostro premit aemula Pristis.  
 at media socios incedens nave per ipsos  
 hortatur Mnesticus: nunc, nunc insurgite remis,  
 Hectorei socii, Troiae quos sorte suprema  
 delegi comites; nunc illas promite viris,  
 nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus usi  
 Ionioque mari Maleaeque sequacibus undis.

non iam prima peto Mnesticus neque vincere certo  
 (quamquam so! — sed superent, quibus hoc, Neptune, dedisti):  
 extremos pueri rediisse, hoc vincite, cives,  
 et prohibete nefas. omni certamine summo  
 procumbunt: vastis tremis ictibus aerea puppis

subtrahiturque solum; tum creber anhelitus artus  
 aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis.  
 attulit ipse viris optatum casus honorem.

namque furens animi dum proram ad saxa suburget  
 interior spatioque subit Sergestus iniquo,  
 infelix saxis in procurrentibus haesit.  
 concussae cautes et acuto in murice remi

170

175

180

185

190

196

200

205

of VII, 219.

A. 124.  
 gubernaculo: fessum  
 gubernaculo: quomodo  
 si na p<sup>er</sup>u appellat  
 possit?

~ 432

abixi crepu  
 consurgunt  
 ferratasque  
 expediunt  
 at laetus M  
 agmine rem  
 prona petit  
 qualis spelu  
 cui domus e  
 fertur in ar  
 dat tecto in  
 radit iter li  
 sic Mnestic  
 aequora, sic  
 et primum i  
 Sergestum h  
 auxilia et fr  
 inde Gyan i  
 consequitur  
 Solus i  
 quem petit  
 tum vero in  
 instigant st  
 hi propriu  
 ni teneant  
 hos succes  
 et fors aeq  
 ni palmas  
 fudissetque  
 di, quibus  
 vobis laetus  
 constitutum  
 porriciam  
 dixit eumq  
 Nereidum P  
 et pater ips  
 impulit: illa  
 ad terram f  
 Tum s

215 pla  
 1887, 417.  
 praeter M<sup>2</sup> (e

170 • obnixi crepuere inlisaque prora pependit.  
 consurgunt nautae et magno clamore morantur  
 ferratasque trudes et acuta cuspide contos  
 expediunt fractosque legunt in gurgite remos.  
 at laetus Mnestheus successuque acrior ipso 210  
 agmine remorum celeri ventisque vocatis  
 prona petit maria et pelago decurrit aperto.  
 qualis spelunca subito commota columba,  
 cui domus et dulces latebroso in pumice nidi,  
 fertur in arva volans plausumque exterrita pinnis 215  
 dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto  
 radit iter liquidum celeris neque commovet alas,  
 sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis  
 aequora, sic illam fert impetus ipse volantem.  
 et primum in scopulo luctantem deserit alto 220  
 Sergestum brevibusque vadis frustra que vocantem  
 auxilia et fractis discentem currere remis.  
 inde Gyan ipsamque ingenti mole Chimaeram  
 consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.

185 Solus iamque ipso superest in fine Cloanthus, 225  
 quem petit et summis adnixus viribus urget.  
 tum vero ingeminat clamor cunctique sequentem  
 instigant studiis resonatque fragoribus aether.  
 hi proprium decus et partum indignantur honorem  
 190 ni teneant, vitamque volunt pro laude pacisci; <sup>pl. 49 230</sup>  
 hos successus alit: possunt, quia posse videntur. <sup>int. 146. Th. I, 219.</sup>  
 et fors aequatis cepissent praemia rostris,  
 ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus  
 fudissetque preces divosque in vota vocasset:  
 'di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro, 235  
 vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum  
 constituam ante aras voti reus extaque salsos  
 porriciam in fluctus et vina liquentia fundam.  
 dixit eumque imis sub fluctibus audit omnis  
 200 Nereidum Phorci que chorus Panopeaque virgo, 240  
 et pater ipse manu magna Portunus euntem  
 impulit: illa noto citius volucrique sagitta  
 ad terram fugit et portu se condidit alto.

Tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis

215 *plausum quae* Kl. 1882, 21. 216 *tecto] primo* Mähly ZöG.  
 1887, 417. 235 *pelagi est* M<sup>2</sup>Rπ; cf. VI 264. 238 *proiciam libri*  
 praeter M<sup>2</sup> (cf. Macr. Sat. III 2, 2 s.); Serv. Ribb.



victorem magna praeconis voce Cloanthum 245  
 declarat viridique advelat tempora lauro  
 muneraque in navis ternos optare iuencos  
 vinaque et argenti magnum dat ferre talentum.  
 ipsis praecipuos ductoribus addit honores:  
 victori chlamydem auratam, quam plurima circum 250  
 purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit,  
 intextusque puer frondosa regius Ida  
 velocis iaculo cervos cursuque fatigat,  
 acer, anhelanti similis, quem praepes ab Ida  
 sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis; 255  
 longaevi palmas nequiquam ad sidera tendunt  
 custodes saevitque canum latratus in auras.  
 at qui deinde locum tenuit virtute secundum,  
 levibus huic hamis consertam auroque trilicem  
loricam, quam Demoleo detraxerat ipse 260  
victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto,  
 donat habere viro, decus et tutamen in armis.  
 vix illam famuli Phegus Sagarisque ferebant  
 multiplicem conixi umeris, indutus at olim  
 Demoleos cursu palantis Troas agebat. 265  
 tertia dona facit geminos ex aere lebetas  
 cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.  
 lamque adeo donati omnes opibusque superbi  
 Puniceis ibant evincti tempora taenis,  
 cum saevo e scopulo multa vix arte revolsus 270  
 amissis remis atque ordine debilis uno  
 inrisam sine honore ratem Sergestus agebat.  
 qualis saepe viae deprensus in aggere serpens,  
 aerea quem obliquum rota transit aut gravis ictu  
 seminecem liquit saxo lacerumque viator; 275  
 nequiquam longos fugiens dat corpore tortus  
 parte ferox ardensque oculis et sibila colla  
 arduus attollens; pars volnere clauda retentat  
 nixantem nodis seque in sua membra plicantem:  
 tali remigio navis se tarda movebat, 280  
 vela facit tamen et plenis subit ostia velis.  
 Sergestum Aeneas promisso munere donat,

247 *aptare* γ<sup>2</sup>bemπ Bentr. 254 *ab alto* Burm. ut XI 721.  
*ab aethra* Schrad. Em. 154. 262 *ante viro* dist. Schröt. 1875, 16.  
 274 *transiit* libri praeter R 275 *saxi* Wak. 279 *nixantem* RVγ<sup>2</sup>bπ  
 280 *ferebat* Py 281 *velis* . . *plenis* libri praeter M v. damn. Bryant.

servatam ob m  
 olli serva datu  
 Cressa genus.  
 Hoc pi  
 gramineum  
 cingebant silv  
 circus erat;  
 consessu med  
 hic, qui forte  
 invitat pretiis  
 undique conv  
 Nisus et Eur  
 Euryalus for  
 Nisus amore  
 regius egreg  
 hunc Salius  
 alter ab Ar  
 tum duo Tr  
 adsueti silvi  
 multi praet  
 Aeneas qui  
 accipite  
 nemo ex  
 Gnosia bi  
 spicula ca  
 omnibus  
 accipient  
 primus eq  
 alter Ama  
 Threiciis,  
 balteus et  
 tertius Ar  
 Haec  
 corripunt  
 effusi nim  
 primus al  
 emicat, e  
 proximus

290 e  
 medium H  
 post 290 l  
 Ad. 719  
 2, 435  
 1, 157.

245 servatam ob navem laetus sociosque reductos.  
 olli serva datur operum haud ignara Minervae,  
 Cressa genus, Pholoe, geminique sub ubere nati. 285

Hoc pius Aeneas misso certamine tendit  
 gramineum in campum, quem collibus undique curvis  
 250 cingebant silvae, mediaque in valle theatri  
 circus erat; quo se multis cum milibus heros *f. 75.*  
 consessu medium tulit exstructoque resedit. 290

*ad 548*  
*557* hic, qui forte velint rapido contendere cursu,  
*in 656*  
 255 invitat pretiis animos et praemia ponit.  
 undique conveniunt Teuceri mixtique Sicani,  
 Nisus et Euryalus primi, 295

Euryalus forma insignis viridique iuventa,  
 Nisus amore pio pueri; quos deinde secutus  
 regius egregia Priami de stirpe Diorea;  
 260 hunc Salius simul et Patron, quorum alter Acarnan,  
 alter ab Arcadio Tegeaeae sanguine gentis;  
 tum duo Trinacrii iuvenes, Helymus Panopesque, 300  
 adsueta silvis, comites senioris Acestae;  
 multi praeterea, quos fama obscura recondit.

265 Aeneas quibus in mediis sic deinde locutus:  
 accipite haec animis laetasque advertite mentes.  
 nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. 305

Gnosia bina dabo levato lucida ferro  
 270 spicula caelatamque argento ferre bipennem;  
 omnibus hic erit unus honos. tres praemia primi  
 accipient flavaque caput nectentur oliva:  
 primum equum phaleris insignem victor habeto, 310  
 alter Amazoniam pharetram plenamque sagittis  
 Threiciis, lato quam circumplectitur auro  
 balteus et tereti subnectit fibula gemma;  
 275 tertius Argolica hac galea contentus abito.

*145*  
 Haec ubi dicta, locum capiunt signoque repente 315  
 corripiunt spatia audito limenque relinquunt  
 effusi nimbo similes; simul ultima signant. *f. 75.*  
 280 primus abit longaque ante omnia corpora Nisus  
 emicat, et ventis et fulminis ocior alis;  
 proximus huic, longo sed proximus intervallo, 320

290 *consessum* Gofsr.<sup>1</sup> *consessum medius* prop. Thilo. *consessus*  
*medium* H. J. Heller Phil. 1886, 684. *consessum in medium* Kl. Ribb.  
 post 290 lac. signif. 312 *circum amplectitur* libri praeter M; Ribb.

*ad v. 219. of. Senec. Agam. 899. designat oculos*

*21. 423. atque eoa sono discordia signant*

*21. 287. rem carmine signor*

insequitur Salius; spatio post deinde relicto  
tertius Euryalus;

Euryalumque Helymus sequitur; quo deinde sub ipso  
ecce volat calcemque terit iam calce Dioces  
incumbens umero, spatia et si plura supersint,  
transeat elapsus prior ambiguumve relinquat.

Iamque fere spatio extremo fessique sub ipsam

finem adventabant, levi cum sanguine Nisus  
labitur infelix, caesis ut forte iuvenicis  
fusus humum viridisque super madefecerat herbas.

hic iuvenis iam victor ovans vestigia presso  
haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso  
concidit immundoque fimo sacroque cruore.

non tamen Euryali, non ille oblitus amorum;  
nam sese opposuit Salio per lubrica surgens,  
ille autem spissa iacuit revolutus harena.

emicat Euryalus et munere victor amici  
prima tenet plausuque volat fremituque secundo.  
post Helymus subit et nunc tertia palma Dioces.

Hic totum caveae consessum ingentis et ora  
prima patrum magnis Salius clamoribus implet

ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.  
tutatur favor Euryalum lacrimaeque decorae  
gratior et pulchro veniens in corpore virtus;

adiuvat et magna proclamat voce Dioces,  
qui subiit palmae frustra ad praemia venit  
ultima, si primi Salio reddantur honores.

tum pater Aeneas 'vestra' inquit 'munera vobis  
certa manent, pueri, et palmam movet ordine nemo;  
me liceat casus miserari insontis amici.'

sic fatus tergum Gaetuli immane leonis  
dat Salio villis onerosum atque unguibus aureis.

hic Nisus 'si tanta' inquit 'sunt praemia victis,  
et te lapsorum miseret, quae munera Niso  
digna dabis? primam merui qui laude coronam,  
ni me, quae Salium, fortuna inimica tulisset.'

et simul his dictis faciem ostentabat et udo  
turpia membra fimo. risit pater optimus olli

324 iam iamque Bähr. 1887, 824. 326 ambiguumve Heins.  
(ex cod.?) ambiguumque libri, Ribb. 332 titubantia Mähly ZöG.  
1887, 417. 333 post cruore comma pos. Ribb. 347 redduntur  
P<sup>1</sup> Ribb. redduntur M<sup>2</sup>bc 350 misereri P<sup>1</sup>Rbc<sup>1</sup> Ribb.

et clipeum ed  
Neptuni sacro  
hoc iuvenem

Post,

'nunc, si c  
adit et evinc  
sic ait et get  
victori velatu

ensem atque  
nec mora, c  
ora Dares m  
solus qui Pa  
idemque ad  
victorem Bu

Behrycia ven  
perculit et t  
talis prima  
ostenditque

bracchia pr  
quaeritur h  
audet adire  
ergo alacris

Aeneae ste  
tum laeva  
'nate dea,  
quae finis

ducere dor  
Dardanidae

Hic g  
proximus u  
'Entelle, h  
tantane tan

dona sines  
nequiquam  
Trinacriam

ille sub ha  
pulsu metu  
sanguis be

si mihi, q  
exsultat fi

359 a

et clipeum efferri iussit, Didymaonis artis,  
Neptuni sacro Danais de poste refixum;  
hoc iuvenem egregium praestanti munere donat.

360

Post, ubi confecti cursus et dona peregit:  
'nunc, si cui virtus animusque in pectore praesens,  
adsit et evinctis attollat bracchia palmis.'

sic ait et geminum pugnae proponit honorem,  
victori velatum auro vittisque iuvenum,  
ensem atque insignem galeam solacia victo.

365  
cf. *U. m. VII, 161. X, 271.*

nec mora, continuo vastis cum viribus effert  
ora Dares magnoque virum se murmure tollit,  
solus qui Paridem solitus contendere contra  
idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,

370

victorem Buten immani corpore, qui se  
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,  
perculit et fulva moribundum extendit harena.  
talis prima Dares caput altum in proelia tollit  
ostenditque umeros latos alternaque iactat  
bracchia protendens et verberat ictibus auras.

375

quaeritur huic alius, nec quisquam ex agmine tanto  
audet adire virum manibusque inducere caestus.

ergo alacris cunctosque putans excedere palma  
Aeneae stetit ante pedes nec plura moratus  
tum laeva taurum cornu tenet atque ita fatur:

380

'nate dea, si nemo audet se credere pugnae,  
quae finis standi? quo me decet usque teneri?  
ducere dona iube.' cuncti simul ore fremebant  
Dardanidae reddique viro promissa iubebant.

385

Hic gravis Entellum dictis castigat Acestes,  
proximus ut viridante toro consederat herbae:

'Entelle, heroum quondam fortissime frustra,  
tantane tam patiens nullo certamine tolli  
dona sines? ubi nunc nobis deus ille magister  
nequiquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem  
Trinacriam et spolia illa tuis pendencia tectis?'

390

ille sub haec: 'non laudis amor nec gloria cessit  
pulsata metu; sed enim gelidus tardante senecta  
sanguis hebet frigentque effetae in corpore vires.  
si mihi, quae quondam fuerat quaque improbus iste  
exultat fidens, si nunc foret illa iuventus,

395

haud equidem pretio inductus pulchroque iuvenco  
 venissem, nec dona moror.' sic deinde locutus 400  
 in medium geminos immani pondere caestus  
 proiecit, quibus acer Eryx in proelia suetus  
 ferre manum duroque intendere bracchia tergo.  
 obstipuere animi: tantorum ingentia septem  
 terga boum plumbo insuto ferroque rigebant. 405  
 ante omnis stupet ipse Dares longaeque recusat;  
 magnanimusque Anchisiades et pondus et ipsa  
 huc illuc vinclorum immensa volumina versat.  
 tum senior talis referebat pectore voces:  
 'quid, si quis caestus ipsius et Herculis arma 410  
 vidisset tristemque hoc ipso in litore pugnam?  
 haec germanus Eryx quondam tuus arma gerebat  
 (sanguine cernis adhuc sparsoque infecta cerebro),  
 his magnum Alciden contra stetit, his ego suetus, 415  
 dum melior viris sanguis dabat, aemula necdum  
 temporibus geminis canebat sparsa senectus.  
 sed si nostra Dares haec Troïus arma recusat,  
 idque pio sedet Aeneae, probat auctor Acestes,  
 aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto 420  
 (solve metus) et tu Troianos exue caestus.'

Haec fatus duplicem ex umeris reiecit amictum  
 et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque  
 exiit atque ingens media consistit harena.  
 tum satus Anchisa caestus pater extulit aequos  
 et paribus palmas amborum innexuit armis. 425  
 constitit in digitos extemplo arrectus uterque  
 bracchiaque ad superas interritus extulit auras.  
 abduxere retro longe capita ardua ab ictu  
 immiscentque manus manibus pugnamque lacessunt,  
 ille pedum melior motu fretusque iuventa, 430  
 hic membris et mole valens; sed tarda trementi  
 genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus. ~ 199  
 multa viri nequiquam inter se volnera iactant,  
 multa cava lateri ingeminant et pectora vastos  
 dant sonitus, erratque auris et tempora circum 435  
 crebra manus, duro crepitant sub volnere malae.  
 stat gravis Entellus nisuque immotus eodem,  
 corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

ille, velut celsa  
 aut montana se  
 nunc hos, nun  
 arte locum e  
 ostendit dext  
 extulit: ille ict  
 praevitidit celer  
 Entellus viris  
 ipse gravis gra  
 concidit, ut q  
 aut Ida in ma  
 consurgunt stu  
 it clamor cael  
 aequaeumque  
 At non t  
 acrior ad pug  
 tum pudor in  
 praecipitemqu  
 nunc dextra  
 nec mora ne  
 calminibus c  
 creber utraq  
 tum pater A  
 et saevire a  
 sed finem i  
 eripuit mul  
 infelix, qu  
 non viris a  
 cede deo.  
 ast illum fic  
 iactantemqu  
 ore eiectant  
 ducunt ad  
 accipiunt, p  
 hic victor s  
 'nate dea v  
 et mihi qua  
 et qua serv  
 dixit et adv

ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem  
 aut montana sedet circum castella sub armis, 440  
 nunc hos, nunc illos aditus omnemque pererrat  
 arte locum et variis adsultibus inritus urget. q. X. 766.

ostendit dextram insurgens Entellus et alte  
 extulit: ille ictum venientem a vertice velox  
 praevit celerique elapsus corpore cessit, 445  
 Entellus viris in ventum effudit et ultro

ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto  
 concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho  
 aut Ida in magna radicibus eruta pinus.  
 consurgunt studiis Teucris et Trinacria pubes, 450  
 it clamor caelo primusque accurrit Acestes  
 aequaevumque ab humo miserans attollit amicum.

At non tardatus casu neque territus heros  
 acrior ad pugnam redit ac vim suscitatur ira;  
 tum pudor incendit viris et conscia virtus 455

praecipitemque Daren ardens agit aequore toto  
 nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra;

nec mora nec requies: quam multa grandine nimbi  
 culminibus crepitant, sic densis ictibus heros  
 creber utraque manu pulsatur versaturque Daretas. 460

tum pater Aeneas procedere longius iras  
 et saevire animis Entellum haud passus acerbis,  
 sed finem imposuit pugnae fessumque Daretas  
 eripuit mulcens dictis ac talia fatur:

'infelix, quae tanta animum dementia cepit? 465

non viris alias conversaque numina sentis?  
 cede deo.' dixitque et proelia voce diremit.

ast illum fidi aequales genua aegra trahentem

iactantemque utroque caput crassumque cruorem

ore eiectantem mixtosque in sanguine dentes 470

ducunt ad navis galeamque ensemque vocati

accipiunt, palmam Entello taurumque relinquunt.

hic victor superans animis tauroque superbus:

'nate dea vosque haec' inquit 'cognoscite, Teucris,  
 et mihi quae fuerint iuvenali in corpore vires 475

et qua servetis revocatum a morte Daretas.'

dixit et adversi contra stetit ora iuveni,

442 ante locum Bähr. 1887, 825.

457 ille] deinde Mm — V

467 dixit . . . diremit damn. Peerlk.

Vergilius.

qui donum adstabat pugnae, durosque reducta  
 libravit dextra media inter cornua caestus  
 arduus effractoque inligit in ossa cerebro. 480  
 sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos.  
 ille super talis effundit pectore voces:  
 'hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis  
 persolvo, hic victor caestus artemque repono.'

Protinus Aeneas celeri certare sagitta 485  
 invitat qui forte velint et praemia ponit  
 ingentique manu malum de nave Seresti  
 erigit et volucrem traiecto in fune columbam,  
 quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.  
 convenere viri deiectamque aerea sortem 490  
 accepit galea: et primus clamore secundo  
 Hyrtacidae ante omnis exit locus Hippocoontis;  
 quem modo navali Mnestheus certamine victor  
 consequitur, viridi Mnestheus evinctus oliva;  
 tertius Eurytion, tuus, o clarissime, frater, 495  
 Pandare, qui quondam iussus confundere foedus  
 in medios telum torsisti primus Achivos;  
 extremus galeaque ima subsedit Acestes,  
 ausus et ipse manu iuvenum temptare laborem.

Tum validis flexos incurvant viribus arcus 500  
 pro se quisque viri et depromunt tela pharetris.  
 primaque per caelum nervo stridente sagitta  
 Hyrtacidae juvenis volucris diverberat auras  
 et venit adversique infigitur arbore mali;  
 intremuit malus timuitque exterrita pinnis 505  
 ales et ingenti sonuerunt omnia plausu.  
 post acer Mnestheus adducto constitit arcu  
 alta petens pariterque oculos telumque tetendit; 510  
 ast ipsam miserandus avem contingere ferro  
 non valuit: nodos et vincula linea rupit,  
 quis innexa pedem malo pendebat ab alto;  
 illa Notos atque atra volans in nubila fugit.  
 tum rapidus jamdudum arcu contenta parato  
 tela tenens fratrem Eurytion in vota vocavit  
 iam vacuo laetam caelo speculatus et alis 515  
 plaudentem] nigra figit sub nube columbam;

486 ponit] dicit P<sup>7</sup> Ribb. 487 ingentemque Fr. H. Bothe ed.<sup>2</sup>  
 1820. 506 et ingenti . . plausu damn. Rbb., in ed. mai. timuitque  
 . . plausu. 512 atra] alta P<sup>7</sup> Ribb.

decidit exanimis  
 caestis fixa  
 Amissa  
 qui tamen  
 ostentans ar  
 hic oculis su  
 augurio mor  
 seraque terr  
 namque vol  
 signavitque  
 consumpta  
 transcurrun  
 attonitis ha  
 Trinacrii T  
 abnuit Aer  
 muneribus  
 sume, pat  
 talibus aus  
 ipsius An  
 cratera im  
 Anchisae  
 ferre sui  
 sic fatu  
 et primu  
 nec hon  
 quamvis  
 proximus  
 extremus  
 At  
 custodem  
 Epytiden  
 vade ag  
 agmen  
 ducat ab  
 die' ait.  
 infusum  
 incedun  
 frenatis

decidit exanimis vitamque reliquit in astris  
aetheriis fixamque refert delapsa sagittam.

480 Amissa solus palma superabat Acestes,  
qui tamen aërias telum contorsit in auras 520  
ostentans artemque pater arcumque sonantem.  
Daretis hic oculis subitum obicitur magnoque futurum  
485 augurio monstrum; docuit post exitus ingens  
seraque terrifici cecinerunt omina vates. *Val. V. 260.*

namque volans liquidis in nubibus arsit harundo 525  
signavitque viam flammis tenuisque recessit  
consumpta in ventos, caelo ceu saepe refixa  
transcurreunt crinemque volantia sidera ducunt.

490 attonitis haesere animis superosque precati  
Trinacrii Teucrique viri; nec maximus omen 530  
abnuit Aeneas, sed laetum amplexus Acesten  
muneribus cumulat magnis ac talia fatur:

495 'sume, pater; nam te voluit rex magnus Olympi  
talibus auspiciis exsortem ducere honores. *J. VIII. 552.*

ipsius Anchisae longaevi hoc munus habebis, 535  
cratera impressum signis, quem Thracius olim

Anchisae genitori in magno munere Cisseus  
ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.' *a 572.*

500 sic fatus cingit viridanti tempora lauro  
et primum ante omnis victorem appellat Acesten. 540

nec bonus Eurytion praelato invidit honori,  
quamvis solus avem caelo deiecit ab alto.

505 proximus ingreditur donis, qui vincula rupit,  
extremus, volucris qui fixit arundine malum. 545

At pater Aeneas nondum certamine misso

510 custodem ad sese comitemque impubis Iuli  
Epytiden vocat et fidam sic fatur ad aurem:

515 'vade age et Ascanio, si iam puerile paratum  
agmen habet secum cursusque instruxit equorum,  
ducat avo turmas et sese ostendat in armis, 550

dic' ait. ipse omnem longo decedere circo  
infusum populum et campos iubet esse patentis.

520 incedunt pueri pariterque ante ora parentum  
frenatis lucent in equis, quos omnis euntis

525

518 aeriis MRm aereis  $\gamma^2bc$  520 contendit M'R condit c'  
522 subitum  $\chi$ , subito boni l. 534 honorem M $^2\gamma^2bc$  541 honore  
P<sup>1</sup> Ribb.; cf. Liv. II 40, 11. 551 discedere P $\gamma^1$  Ribb.



Trinacriae mirata fremit Troiaeque iuventus. 555  
 omnibus in morem tonsa coma pressa corona;  
 cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro,  
 pars levis umero pharetras; it pectore summo  
 flexilis obtorti per collum circulus auri.  
 tres equitum numero turmae ternique vagantur 560  
 ductores, pueri his seni quemque secuti  
 agmine partito fulgent paribusque magistris.  
 una acies iuvenum, ducit quam parvus ovantem  
 nomen avi referens Priamus, tua clara, Polite,  
 progenies, auctura Italos; quem Thracius albis 565  
 portat equus bicolor maculis, vestigia primi  
 alba pedis frontemque ostentans arduus albam.  
 alter Atys, genus unde Atii duxere Latini,  
 parvus Atys, pueroque puer dilectus Iulo.  
 extremus formaque ante omnis pulcher Iulus 570  
 Sidonio est invectus equo, quem candida Dido  
 esse sui dederat monumentum et pignus amoris. *f. 538*  
 cetera Trinacriis pubes senioris Acestae  
 fertur equis.  
 excipiunt plausu pavidos gaudentque tuentes 575  
 Dardanidae veterumque agnoscunt ora parentum.  
 Postquam omnem laeti consessum oculosque suorum  
 lustravere in equis, signum clamore paratis  
 Epytides longe dedit insonuitque flagello.  
 olli discurrere pares atque agmina terni 580  
 diductis solvere choris rursusque vocati  
 convertere vias infestaque tela tulere.  
 inde alios ineunt cursus aliosque recursus  
 adversi spatii alternosque orbibus orbis  
 impediunt pugnaeque cient simulacra sub armis; *best. II 585 724*  
 et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt  
 infensi, facta pariter nunc pace feruntur.  
 ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta  
 parietibus textum caecis iter ancipitemque  
 mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi  
*frangeret* *Leo Hermanns 40, 612*  
*et nigra 590*  
*frangeret* *frangeret*

558 *it] et M<sup>1</sup>P<sup>2</sup>Ry<sup>1</sup>b<sup>1</sup>* 564 *cara P<sup>1</sup> Ribb.* post 569 stat.  
 lac. Ribb. 573 *Trinacriis* edi solet; *Trinacrii P<sup>1</sup>Rb* Serv. pler. cod.,  
 Ribb. *Trinacriae MP<sup>2</sup>ya<sup>2</sup>cx* *Trinacria a<sup>1</sup>* 580 *ternis y<sup>1</sup>b*, prob.  
 Fr. Rasch GPr. Jena 1882. 14. 584 *adversis Pybc* 591 *frangeret*  
 libri praeter Mc<sup>1</sup>; Serv. Ribb.

haud alio T  
 impediunt te  
 delphinum s  
 Carpathium  
 hunc morem  
 Ascanius, L  
 rettulit et P  
 quo puer ip  
 Albani docu  
 accepit Rom  
 Troiaque nu  
 hac celebra  
 Hic pr  
 dum variis  
 Irim de ca  
 Iliacam ad  
 multa mov  
 illa viam c  
 nulli visa  
 conspicit i  
 desertosqu  
 at procu  
 amissum  
 pontum a  
 et tantum  
 urbem or  
 ergo inte  
 conicit et  
 fit Beroe,  
 cui genus  
 ac sic Dar  
 o misera  
 traxerit a  
 infelix, cu  
 septima p  
 cum freta  
 sideraque  
 Italiam se

595  
 secl. Rbb.  
 Re<sup>1</sup> Mari

555 haud alio Teucrum nati vestigia cursu  
 impediunt texuntque fugas et proelia ludo,  
 delphinum similes, qui per maria umida nando  
 Carpathium Libyicumque secant luduntque per undas. 595  
 560 hunc morem cursus atque haec certamina primus  
 Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam,  
 rettulit et Priscos docuit celebrare Latinos,  
 quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes;  
 Albani docuere suos; hinc maxima porro 600  
 565 accepit Roma et patrium servavit honorem,  
 Troiaque nunc, pueri Troianum dicitur agmen.  
 hac celebrata tenus sancto certamina patri.  
 Hic primum Fortuna fidem mutata novavit.  
 410 dum variis tumulto referunt sollemnia ludis, 605  
 Irim de caelo misit Saturnia Iuno  
 570 Iliacam ad classem ventosque adspirat eunti  
 multa movens necdum antiquum saturata dolorem.  
 illa viam celerans per mille coloribus arcum  
 nulli visa cito decurrit tramite virgo. 610  
 conspicit ingentem concursum et litora lustrat  
 desertosque videt portus classemque relictam.  
 at procul in sola secretae Troades acta  
 amissum Anchisen flebant cunctaeque profundum  
 pontum aspectabant flentes. heu tot vada fessis 615  
 et tantum superesse maris vox omnibus una.  
 580 urbem orant, taedet pelagi perferre laborem.  
 ergo inter medias sese haud ignara nocendi  
 conicit et faciemque deae vestemque reponit;  
 fit Beroe, Tmarii coniunx longaeva Dorycli, 620  
 cui genus et quondam nomen natiq̄ fuisse;  
 ac sic Dardanidum mediam se matribus infert:  
 'o miserae, quas non manus' inquit 'Achaica bello  
 traxerit ad letum patriae sub moenibus! o gens  
 infelix, cui te exitio Fortuna reservat? 625  
 septima post Troiae excidium iam vertitur aestas,  
 cum freta, cum terras omnis, tot inhospita saxa  
 sideraque emensae ferimur, dum per mare magnum  
 Italiam sequimur fugientem et volvimur undis.

595 *luduntque per undas* om. M<sup>1</sup>P<sup>1</sup>y<sup>1</sup>b<sup>1</sup>m, damn. Heyne. 603  
 secl. Rbb.; cf. JB. 1885, 281. 604 *hinc* PRyb Ribb. 620 *Tmari*  
 Rc<sup>1</sup> *Mari* M<sup>1</sup>b *Immari* M<sup>2</sup> *Marii* M<sup>3</sup>z (Wagn. LV. 33) *Ismarii* z

hic Erycis fines fraterni atque hospes Acestes: 630  
 quis prohibet muros iacere et dare civibus urbem?  
 o patria et rapti nequiquam ex hoste penates,  
 nullane iam Troiae dicentur moenia? nusquam  
 Hectoreos amnis, Xanthum et Simoenta, videbo?  
 quin agite et mecum infaustas exurite puppis. 635  
 nam mihi Cassandrae per somnum vatis imago  
 ardentis dare visa faces: "hic quaerite Troiam,  
 hic domus est" inquit "vobis." iam tempus agi res,  
 nec tantis mora prodigiis. en quattuor arae  
 Neptuno; deus ipse faces animumque ministrat. 640

Haec memorans prima infensum vi corripit ignem  
 sublataque procul dextra conixa coruscat  
 et iacit. arrectae mentes stupefactaque corda  
 Iliadum. hic una e multis, quae maxima natu,  
 Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix: 645  
 non Beroe vobis, non haec Rhoeteia, matres,  
 est Dorycli coniunx; divini signa decoris  
 ardentisque notate oculos, qui spiritus illi,  
 qui voltus vocisque sonus vel gressus eunti.  
 ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui 650  
 aegram, indignantem, tali quod sola careret  
 munere nec meritis Anchisae inferret honores.  
 haec effata.

at matres primo ancipites oculisque malignis  
 ambiguae spectare rates miserum inter amorem 655  
 praesentis terrae fatisque vocantia regna,  
 cum dea se paribus per caelum sustulit alis  
 ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.  
 tum vero attonitae monstris actaeque furore  
 conclamant rapiuntque focis penetralibus ignem, 660  
 pars spoliant aras, frondem ac virgulta facesque  
 coniciunt. furit immissis Volcanus habenis  
 transtra per et remos et pictas abiete puppis.

Nuntius Anchisae ad tumultum cuneosque theatri 665  
 incensas perfert navis Eumelus, et ipsi  
 respiciunt atram in nimbo volitare favillam.  
 primus et Ascanius, cursus ut laetus equestris  
 ducebat, sic acer equo turbata petivit

631 *quid* Re qui M<sup>1</sup> 640 *animamque* Rb<sup>1</sup> Ribb.; cf. VIII 403.  
 649 *quis* PRy<sup>1</sup> Ribb. 666 *atro* Kl. 1868, 7. *nimum* Bähr. 1887, 827.

castra, nec ex  
 quis furor iste  
 'heu miserae  
 Argivom, ves  
 Ascauius!  
 qua ludo indu  
 adcelerat simul  
 ast illae divers  
 diffugiunt silv  
 saxa petunt;  
 mutatae adgn  
 sed non idcir  
 indomitas pos  
 stappa vomer  
 est vapor et  
 nec vires her

Tum pi  
 auxilioque v  
 'Iuppiter om  
 Troianos, si  
 respicit hun  
 nunc, pa  
 vel tu, qu  
 si mereor,  
 vix haec e  
 tempestas  
 ardua terra  
 turbidus in  
 implenturq  
 robora, res  
 quattuor an

At pat  
 nunc hu  
 mutabat ver  
 oblitus fato  
 tum senior  
 quem docui  
 (haec respon

650 fl  
 Gent 24.  
 216. 605  
 Theol. Verg.

630 castra, nec exanimes possunt retinere magistri.  
 'quis furor iste novus? quo nunc, quo tenditis' inquit, 670  
 'heu miserae cives? non hostem inimicaque castra  
 Argivom, vestras spes uritis. en, ego vester  
 635 Ascanius!' — galeam ante pedes proiecit inanem,  
 qua ludo indutus belli simulacra ciebat.  
 adcelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum. 675  
 ast illae diversa metu per litora passim  
 diffugiunt silvasque et sicubi concava furtim  
 saxa petunt; piget incepti lucisque, suosque  
 640 mutatae adgnoscent excussaque pectore luno est.  
 sed non idcirco flammae atque incendia viris 680  
indomitas posuere: udo sub robore vivit  
 stuppa vomens tardum fumum lentusque carinas  
 est vapor et toto descendit corpore pestis,  
 645 nec vires heroum infusaque flumina prosunt.

Tum pius Aeneas umeris abscindere vestem 685  
 auxilioque vocare deos et tendere palmas:  
 'Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum  
 Troianos, si quid pietas antiqua labores  
 650 respicit humanos, da flammam evadere classi  
 nunc, pater, et tenuis Teucrum res eripe leto; 690  
 vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,  
 si mereor, demitte tuaque hic obrue dextra.'  
 vix haec ediderat, cum effusis imbribus atra  
 655 tempestas sine more furit tonitruque tremescunt  
 ardua terrarum et campi: ruit aethere toto 695  
 turbidus imber aqua densisque nigerrimus austris;  
 implenturque super puppes, semiusta madescunt  
 robora, restinctus donec vapor omnis et omnes  
 660 quattuor amissis servatae a peste carinae.

At pater Aeneas casu concussus acerbo 700  
 nunc huc ingentis, nunc illuc pectore curas  
 665 mutabat versans, Siculisme resideret arvis  
 oblitus fatorum Italasne capesseret oras.  
 tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas  
 quem docuit multaque insignem reddidit arte 705  
 (hac responsa dabat, vel quae portenderet ira

680 *flamma* P<sup>1</sup> Ribb. *flammam* M<sup>1</sup>P<sup>2</sup>γ<sup>1</sup> 684 *nec Troum vires*  
 Gent 24. 687 *exosus* Ribb. 693 *nubibus* H. Löwner BG. 1886,  
 216. 695 *campis* M<sup>1</sup>P<sup>2</sup>γ<sup>1</sup>b<sup>1</sup> 706 *haec libri praeter c*<sup>1</sup>; cf. Dietsch  
 Theol. Verg. 28.

magna deum vel quae fatorum posceret ordo) —  
 isque his Aenean solatus vocibus infit:  
 'nate dea, quo fata trahunt retrahuntque, sequamur;  
 quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. 710  
 est tibi Dardanius divinae stirpis Acestes:  
 hunc cape consilii socium et coniunge volentem,  
 huic trade, amissis superant qui navibus et quos  
 pertaesum magni incepti rerumque tuarum est, 715  
 longaeosque senes ac fessas aequore matres  
 et quidquid tecum invalidum metuensque pericli est,  
 delige et his habeant terras, sine, moenia fessi;  
 urbem appellabunt permissio nomine Acestam.'  
 Talibus incensus dictis senioris amici  
 tum vero in curas animo diducitur omnis. 720  
 et Nox atra polum bigis subvecta tenebat;  
 visa dehinc caelo facies delapsa parentis  
Anchisae subito tales effundere voces:  
 'nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,  
 care magis, nate Iliacis exercite fati, 725  
 imperio Iovis huc venio, qui classibus ignem  
 depulit et caelo tandem miseratus ab alto est.  
 consiliis pare, quae nunc pulcherrima Nautes  
 dat senior; lectos iuvenes, fortissima corda,  
 defer in Italiam: gens dura atque aspera cultu 730  
 debellanda tibi Latio est. Ditis tamen ante  
 infernas accede domos et Averna per alta  
 congressus pete, nate, meos; non me impia namque  
 Tartara habent, tristes umbrae, sed amoena piorum  
 concilia Elysiumque colo. huc casta Sibylla 735  
 nigrarum multo pecudum te sanguine ducet:  
 tum genus omne tuum et, quae dentur moenia, disces.  
 iamque vale: torquet medios Nox umida cursus  
 et me saevus equis Oriens adflavit anhelis.' 740  
 dixerat et tenuis fugit ceu fumus in auras.  
 Aeneas 'quo deinde ruis? quo proripis?' inquit,  
 'quem fugis? aut quis te nostris complexibus arceat?'  
 haec memorans cinerem et sopitos suscitavit ignis  
 Pergameumque larem et canae penetralia Vestae  
 farre pio et plena supplex veneratur acerra. 745

720 *animum* γ<sup>2</sup>b<sup>2</sup>c<sup>2</sup>π Serv.731 *est Latio* P Ribb. *est om.* x734 *tristesve* M<sup>2</sup>b<sup>2</sup> *tristesque* c<sup>2</sup>

x 741. *proripis esse verb. reflex. sumit Betscheningius Ann. f. l. h. V. 47*

Extenu  
 et Iovis imp  
 edocet et q  
 haud motu  
 transcribunt  
 deponunt,  
 ipsi transtra  
 robora navi  
 exigui num  
 interea Aen  
 soriturque  
 esse iubet.  
 indicitque  
 tum vicina  
 fundatur V  
 ac lucus la  
 Iamque  
 factus hon  
 creber et  
 exoritur p  
 complexi  
 ipsae iam  
 visa mari  
 ire volun  
 quos hon  
 et consan  
 tris Eryci  
 caedere d  
 ipse caput  
 stans pro  
 porricit in  
 prosequit  
 certatum s  
 At V  
 adloquitur  
 'Iunonis  
 cogunt m

752  
 dist. 76  
 ricit Heins  
 (= III 290)  
 Ribb.

Extemplo socios primumque accessit Acesten  
 et Iovis imperium et cari praecepta parentis  
 edocet et quae nunc animo sententia constet.  
 710 haud mora consiliis, nec iussa recusat Acestes.  
 transcribunt urbi matres populumque volentem 750  
 deponunt, animos nil magnae laudis egentes.  
 ipsi transtra novant flammisque ambesa reponunt  
 715 robor navigiis, aptant remosque rudentisque  
 exigui numero, sed bello vivida virtus.  
 interea Aeneas urbem designat aratro 755  
 sortiturque domos; hoc Ilium et haec loca Troiam  
 esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes  
 indicitque forum et patribus dat iura vocatis.  
 720 tum vicina astris Erycino in vertice sedes  
 fundatur Veneri Idaliae tumuloque sacerdos 760  
 ac lucus late sacer additur Anchiseo.

Iamque dies epulata novem gens omnis et aris  
 factus honos: placidi straverunt aequora venti  
 725 creber et adspirans rursus vocat auster in altum.  
 exoritur procurva ingens per litora fletus, 765  
 complexi inter se noctemque diemque morantur.  
 ipsae iam matres, ipsi, quibus aspera quondam  
 730 visa maris facies et non tolerabile numen,  
 ire volunt omnemque fugae perferre laborem.  
 quos bonus Aeneas dictis solatur amicis 770  
 et consanguineo lacrimans commendat Acestae.  
 tris Eryci vitulos et Tempestatibus agnam  
 caedere deinde iubet solvique ex ordine funem.  
 735 ipse caput tonsae foliis evinctus olivae  
 stans procul in prora pateram tenet extaque salsos 775  
 porricit in fluctus ac vina liquentia fundit.  
 prosequitur surgens a puppi ventus euntis;  
 certatim socii feriunt mare et aequora verrunt.

At Venus interea Neptunum exercita curis  
 740 adloquitur talisque effundit pectore questus: 780  
 'Iunonis gravis ira neque exsaturabile pectus  
 cogunt me, Neptune, preces descendere in omnis,

752 *que* om.  $\pi$ ; idem con. Peerlk., qui post *ambesa* commate  
 dist. 768 *nomen* M<sup>1</sup> Nonius 307, 28. Ribb. *caelum* R 776 *por-*  
*ricit* Heins. *proicit* libri, Ribb.; cf. 238. 777 (= III 130) et 778  
 (= III 290) damn. Gebh.; in verso ordine versus exhibent Py Mentel. I,  
 Ribb. 781 *nec* M<sup>1</sup>R<sup>1</sup>c<sup>1</sup> $\pi$  Lad. 782 *in*] ad Serv.

quam nec longa dies pietas nec mitigat ulla,  
 nec Iovis imperio fatisque infracta quiescit.  
 non media de gente Phrygum exedisse nefandis 785  
 urbem odiis satis est nec poenam traxe per omnem:  
 reliquias Troiae, cineres atque ossa peremptae  
 insequitur. causas tanti sciat illa furoris!  
 ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,  
 quam molem subito excierit: maria omnia caelo 790  
 miscuit Aeoliis nequiquam freta procellis  
 in regnis hoc ausa tuis.  
 per scelus ecce etiam Troianis matribus actis  
 exussit foede puppis et classe subegit  
 amissa socios ignotae linqere terrae. 795  
 quod superest, oro, liceat dare tuta per undas  
 vela tibi, liceat Laurentem attingere Thybrim,  
 si concessa peto, si dant ea moenia Parcae.  
 Tum Saturnius haec domitor maris edidit alti:  
 'fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis, 800  
 unde genus ducis. merui quoque: saepe furores  
 compressi et rabiem tantam caelique marisque.  
 nec minor in terris (Xanthum Simoentaque testor)  
 Aeneae mihi cura tui: cum Troia Achilles 805  
 exanimata sequens impingeret agmina muris,  
 milia multa daret leto gemerentque repleti  
amnes, nec reperire viam atque evolvere posset  
 in mare se Xanthus, Pelidae tunc ego forti  
 congressum Aenean nec dis nec viribus aequis 810  
 nube cava rapui, cuperem cum vertere ab imo  
 structa meis manibus periurae moenia Troiae.  
 nunc quoque mens eadem perstat mihi, pelle timorem.  
 tutus, quos optas, portus accedet Aveni.  
 unus erit tantum, amissum quem gurgite quaeret;  
 unum pro multis dabitur caput. 815  
 his ubi laeta deae permulsit pectora dictis,  
 iungit equos auro genitor spumantiaque addit

784 *fatisve* Fybcem $\pi$  786 *traxere* F<sup>1</sup>P<sup>1</sup> *traxisse* M<sup>1</sup>F<sup>2</sup>,<sup>1</sup>b<sup>2</sup>  
 Gebh. (om. nec). 795 *ignota* MPRy<sup>1</sup> *linquere* P, nisi forte  
 est *relinqu.*, ut habuerit *ignotae* l. P<sup>1</sup> *relinquere*  $\gamma$  *terra* MP<sup>2</sup>  
 796 *libeat* Pald. 797 *tibi]* *sibi* Hamb. II. *tuas* mal. Heyne. *mihi*  
 Peerlk. *vela, illis liceat* Gent 25. 811 *periturae* FM<sup>1</sup> 812  
*timores* libri praeter Mc 814 *quaeres* libri pr.  $\chi$ ; Ribb. in ed. mai.  
 817 *curru*  $\chi$  *aura genitos* coni. Wagn.

arena feris man  
 caeruleo per sun  
 subsidunt undae  
 sternitur aequo  
 tum variae con  
 et senior Glauci  
 Tritonesque citi  
 hera tenet Theti  
 Viscae Spioque T  
 Hic patris A  
 gaudia perempta  
 stulti malos, int  
 ana omnes fecer  
 tunc dextros sol  
 struua detorque  
 princeps ante om  
 gemen, ad hunc  
 tanque fere med  
 contigerat: plac  
 sub remis fusi p  
 cum levis aeth  
 aera dimovit  
 te, Palinure, p  
 insoni; pupp  
 Phorbanti sim  
 laside Palinur  
 aequatae spir  
 pone caput fe  
 ipse ego pauli  
 cui vix attollen  
 mene salis pla  
 ignorare iubes  
 Aenean cred  
 et caeli totien  
 talia dicta dab  
 nusquam am  
 Ecce deu  
 821 equi  
 Ribb. 825 te  
 iade prolata par  
 215, itemque T  
 Ribb. 825

frena feris manibusque omnis effundit habenas.  
 caeruleo per summa levis volat aequora curru,  
 subsidunt aedae tumidumque sub axe tonanti 820  
 sternitur aequor aquis, fugiunt vasto aethere nimbi.  
 tum variae comitum facies, immania cete,  
 et senior Glauci chorus Inousque Palaemon  
 Tritonesque citi Phorcique exercitus omnis ...  
 790 laeva tenet Thetis et Melite Panopeaque virgo,  
 Nisaeae Spioque Thaliaque Cymodoceque. 825

Hic patris Aeneae suspensam blanda vicissim  
 gaudia pertemptant mentem: iubet ocius omnis  
 attolli malos, intendi bracchia velis.  
 795 una omnes fecere pedem pariterque sinistros,  
 nunc dextros solvere sinus; una ardua torquent  
 cornua detorquentque, ferunt sua flamina classem.  
 princeps ante omnis densum Palinurus agebat  
 agmen, ad hunc alii cursum contendere iussi.  
 800 iamque fere mediam caeli Nox umida metam  
 contigerat: placida laxabant membra quiete  
 sub remis fusi per dura sedilia nautae,  
 cum levis aetheriis delapsus Somnus ab astris  
 aëra dimovit tenebrosum et dispulit umbras  
 805 te, Palinure, petens, tibi somnia tristia portans  
 insonti; puppique deus consedit in alta  
 Phorbanti similis funditque has ore loquelas:  
 'Iaside Palinure, ferunt ipsa aequora classem,  
 aequatae spirant aerae, datur hora quieti.  
 810 pone caput fessosque oculos furare labori,  
 ipse ego paulisper pro te tua munera inibo,  
 cui vix attollens Palinurus lumina fatur:  
 'mene salis placidi voltum fluctusque quietos  
 ignorare iubes? mene huic confidere monstro?  
 Aenean credam (quid enim?) fallacibus auris  
 815 et caeli totiens deceptus fraude sereni?  
 talia dicta dabat clavumque adfixus et haerens  
 nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.  
 Ecce deus ramum Lethaeo rore madentem

821 *equis* M<sup>1</sup>b *fugiantque ex aethere* M<sup>2</sup> post 824 lac. stat.  
 Ribb. 825 *tenent* P<sup>1</sup>bc<sup>1</sup> Ribb. *tent* R 850 *fallacius* Tib. Donatus;  
 inde prolata parenthesi *quid enim fallacius?* prop. Vofs, Anm. u. Randgl.  
 215, itemque Thilo. *austris* P<sup>2</sup>γc<sup>1</sup>π Tib. Donatus. 851 *caelo* P<sup>1</sup>γ<sup>1</sup>  
 b<sup>2</sup>c<sup>1</sup> Ribb. *sereno* γ<sup>1</sup>c<sup>1</sup>



vique soporatum Stygia super utraque quassat  
tempora cunctantique natantia lumina solvit. 855  
Georg. IV. 496.  
V. 2. 1871  
vix primos inopina quies laxaverat artus:  
et superincumbens cum puppis parte revolsa  
cumque gubernaclo liquidas proiecit in undas  
praecipitem ac socios nequiquam saepe vocantem; 860  
ipse volans tenuis se sustulit ales ad auras.  
currit iter tutum non setius aequore classis  
promissisque patris Neptuni interrita fertur.  
iamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat,  
difficilis quondam multorumque ossibus albos 865  
(tum rauca adsiduo longe saxa sonabant),  
cum pater amisso fluitantem errare magistro  
sensit et ipse ratem nocturnis rexit in undis  
multa gemens casuque animum concussus amici:  
'o nimium caelo et pelago confise sereno, 870  
nudus in ignota, Palinure, iacebis harena.'

858 cum . . gubernaclo 859 damn. Peerlk.; Bros. post addita cen-  
set. 859 tabernaclo Bähr. 1887, 829. 860 saepe] voce M  
861 ad] in Py 865/6 damn. Peerlk., unum v. 865 Gebh. 866 tum]  
iam schol. Hor. II 14, 14 et Gebh.

Appulsa classis  
ubi Sibylla vi  
et q  
itaque Aeneas  
et ramo at

Mane ab Aver  
Acherontis aq  
ex quib  
se ut tr  
sopito Cerber  
et inter  
impiorum sed

Tandem don  
ubi Aen  
Anchises, cu  
et  
tu  
Mar

Sic fa  
et tandem  
obvertunt p  
ancora fun  
praetextunt  
litus in  
abstrusa in  
tectata rapit  
at pius Ae  
praesidet,  
antrum im  
Delius insp

1/2 Bri  
Serv. et Hon